



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

7 Vtrum cum infidelibus sit disputandum de fide.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

puta, temperantia, vel fortitudini opponuntur infirma virtus, secundum quod in finibus modis contingit diuersas circumstantias virtutis corripit, vt a recitidine virtutis recedatur: vnde & Pythagorici * malum poluerunt infinitum. Sic ergo dicendum, quod si infidelitas attendatur circa comparationem ad fidem, diuersae sunt infidelitatis species, & numero determinatae. Cum enim peccatum infidelitatis consistat in renitendo fidei, hoc potest contingere dupliciter, quia aut renititur fidei nondum susceptae, & talis infidelitas est Paganorum, siue Gentilium: aut renititur fidei Christianae susceptae, vel in figura: & sic est infidelitas Iudaeorum, vel in ipsa manifestatione veritatis, & sic est infidelitas haereticorum. vnde in generali possunt assignari tres praedictae species infidelitatis. Si vero distinguantur infidelitatis species secundum errorem in diuersis, quae ad fidem pertinent, tunc non sunt determinatae infidelitatis species: Possunt enim errores in infinitum multiplicari, ut patet per Augustinum in lib. * de Haeresibus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod formalis ratio alicuius peccati potest accipi dupliciter. Vno modo secundum intentionem peccantis: & secundum hoc id, ad quod conuertitur peccans, est formale obiectum peccati, & ex hoc diuersificantur eius species. Alio modo secundum rationem mali: & sic illud bonum, a quo receditur, est formale obiectum peccati: sed ex hac parte peccatum non habet speciem, immo est priuatio speciei. Sic ergo dicendum est, quod infidelitatis obiectum est veritas prima, sicut a qua receditur: sed formale eius obiectum, sicut ad quod conuertitur, est sententia falsa, quam sequitur. & ex hac parte eius species diuersificantur. Vnde sicut charitas est vna, quae inhaeret summo bono: sunt autem diuersa uita charitati opposita, quae per conversionem ad diuersa bona temporalia recedunt ab uno summo bono, & iterum secundum diuersas habitudines inordinatas ad Deum: sic etiam fides est una uirtus ex hoc, quod adheret uni primae ueritati. Sed infidelitatis species sunt multae ex hoc, quod infideles diuersas, & falsas sententias sequuntur.

AD SECVNDVM dicendum, quod obiectio illa procedit de distinctione specierum infidelitatis secundum diuersa, in quibus erratur.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut fides est una, quia multa credit in ordine ad unum: ita infidelitas potest esse una, etiam si in multis erret, in quantum omnia habent ordinem ad unum. Nihil tamen prohibet hominem in diuersis infidelitatis speciebus errare: sicut etiam potest unus homo diuersis uitiis subiacere, & diuersis corporalibus morbis.

ARTICVLVS VI.

Utrum infidelitas Gentilium, seu Paganorum sit ceteris grauior.

E

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod infidelitas Gentilium, siue Paganorum sit grauior ceteris. Sicut enim corporalis morbus tanto est grauior, quanto salutis principalioris membri magis contrariatur, ita peccatum tanto uidetur esse grauius, quanto contrariatur ei, quod est principalius in uirtute: sed principalius in fide est fides unitatis diuinae, a qua deficient Gentiles multitudinem deorum credentes. ergo infidelitas eorum est grauiissima.

¶ 2. Praet. Inter haereticos tanto haereticus aliquorum detestabilior est, quanto in pluribus, & principalio-

ribus ueritati fidei contradicunt: sicut haereticus Arrius, qui separauit diuinitatem, detestabilior fuit, quam haereticus Nestorius, qui separauit humanitatem Christi a persona filij Dei: sed Gentiles in pluribus, & principalioribus recedunt a fide, quam Iudaei, & haeretici, quia omnino nihil de fide recipiunt. ergo eorum infidelitas est grauiissima.

¶ 3. Praeterea. Omne bonum, est diminutum mali: sed aliquod bonum est in Iudaeis, quia confitentur uetus testamentum esse a Deo. Bonum etiam est in haereticis: quia uenerantur nouum testamentum. ergo minus peccant quam Gentiles, qui utrumque testamentum detestantur.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Pet. 2. Melius enim erat illis non cognoscere uiam iustitiae, quam post cognitionem retrorsum conuerti: sed Gentiles non cognouerunt uiam iustitiae: haeretici autem & Iudaei aequaliter cognoscentes, deseruerunt. ergo eorum peccatum est grauius.

RESPON. Dicendum, quod in infidelitate, sicut dictum est * duo possunt considerari, quorum vnum est comparatio eius ad fidem, & ex hac parte aliquis grauius contra fidem peccat, qui fidei renititur susceptae, quam qui renititur fidei nondum susceptae: sicut grauius peccat qui non implet, quod promissit, quam si non impleat quod nunquam promissit. Et secundum hoc infidelitas haereticorum, qui profiterentur fidem Euangelij, & ei renituntur, eam corruptentes, grauius peccant, quam Iudaei, qui fide Euangelij nunquam susceperunt: sed quia susceperunt eius figuram in ueteri lege, quam male interpretantes corrumpunt: ideo etiam d eorum infidelitas est grauius peccatum, quam infidelitas Gentilium, qui nullo modo fidem Euangelij susceperunt. Aliud quod in infidelitate consideratur, est corruptio eorum, quae ad fidem pertinent. Et secundum hoc cum in pluribus errent Gentiles quam Iudaei, & Iudaei quam haeretici, grauior est infidelitas Gentilium, quam Iudaeorum, & Iudaeorum quam haereticorum: nisi forte quorundam, puta, d Manichaeorum, qui etiam circa credibilia plus errant, quam Gentiles. Harum tamen duarum grauitatum prima preponderat secundae, quantum ad rationem culpe, quia infidelitas habet rationem culpe (vt supra * dictum est) magis ex hoc, quod renititur fidei, quam ex hoc quod non habet ea, quae sunt fidei. Hoc enim uidetur, vt dictum est, magis ad rationem penae pertinere. Vnde simpliciter loquendo infidelitas haereticorum est pessima.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS VII.

Utrum sit cum infidelibus publice disputandum.

E

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod non sit cum infidelibus publice disputandum. Dicit enim Apostolus. 2. ad Timoth. 2. Noli uerbis contendere: ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audientium: sed disputatio publica cum infidelibus fieri non potest sine contentione uerborum: ergo non est publice disputandum cum infidelibus.

¶ 2. Praet. Lex Martiani * Augustini per Canones, confirmata, sic dicit. Secunda Secunda S. Thomae.

Super Questionis decime Articuli septimum.

IN articulum septimum eiusdem questionis, duo occurrunt dubia. Alterum ex parte disputantium: alterum ex parte audientium. Ex parte quidem disputantium, quia praeter legem allegatam in litera, quae habetur in lege, Nemo. C. De summa Trinitate post Beatum Thomam iura noua emanant prohibentia laicis sub poena excommunicationis.

D 4 dispu-

Art. preced.

D. 714.

D. 702.

* ar. r. huius quast.

† ar. r. huius quast.

1. ad Tim. 2. lecti. 2. in 2.

In Codice lib. 7. titu. 4. Et de S. Tri. & fide Catho. l. nemo.

disputare de fide tam publice, quam priuatim, vt patet extra de hereticis in 6. cap. Quicunq. Et tamen saepe videmus doctos laicos in publicis disputationibus respondere, & arguere in multis materis fidei. Ex parte vero audientium, quia continue videmus religiosos disputare in capitulis generalibus coram vulgaribus de multis materis fidei: & hoc in locis, vbi simplices non sunt solliciti ab infidelibus, & tamen in litera dicitur hoc esse periculosum.

¶ Ad euentum huius materis sciendum est, quod diuersas sententiarum in ratione disputationis clausa, potest referri ad ipsum disputationem, & ad personas disputantes. Et quod referatur ad ipsum actum disputandi, est de ratione disputationis, sic quod alter non esset disputatio. Nisi enim propositiones essent contra conclusionem, non esset disputatio. Sed quod referatur ad disputantes personas, hoc non est de ratione omnis disputationis, ut patet in disputatione gratia exercitabili non est diuersa opinio disputantium. Rursus, quia disputare de aliqua re est diuersa proferre argumenta de illa re: illud solum est formaliter disputare de aliqua re, quod in tendit diuersitatem rationum de illa re. Ac per hoc, ille solus dicitur proprie & formaliter disputare de fide, qui intendit asserere contrariam rationem de fide pro, vel contra. Quando vero aliquis asserit rationem aliquam contra fidem, non propterea, sed gratia exercitij, non disputat de fide, nisi materialiter: sicut qui profert verba detractoria, non detrahit nisi materialiter. Ex his autem dicitur in proposito, quod quia verba formaliter intelligenda sunt, & pena non sunt extendenda, quod iura non prohibent disputationem de fide laicæ persone, nisi formaliter intellectam. Hæc autem contingit, quando vel defendenda fides, vel confundendus error contrarius, vel dubij de fide occurrunt. Sic enim disputare de fide illicitum est laicis prohibente iure. Erratio iuris est, quia leges feruntur secundum id, quod est in pluribus. Communiter autem laici non sunt docti in fide, adeo ut sint theologij sufficientes ad hoc. Vide postea licite contra hanc legem disputari a laico docto, quando casus effertur non secundum verba, sed intentionem legis agendum esset: prout in communi de

D.1014.

Iniuriam facit iudicio religiosi sine synodi, si quis semel iudicatus, aut recte disposita reuoluerit, & publice disputare contendit: sed omnia, quæ ad fidem pertinent, sunt per sacra concilia determinata, ergo grauius peccat, iniuriam synodo faciens, si quis de eis quæ sunt fidei, publice disputare præsumat.

¶ 3 Præ. Disputatio argumentis aliquibus agitur: sed argumentum est ratio rei dubiæ faciens fidem. ea autem quæ sunt fidei, cum sint certissima, non sunt in dubitationem adducenda, ergo de eis quæ sunt fidei, non est publice disputandum.

SED CONTRA est, quod Act. 9. dicitur, quod Saulus inualefcebat, & confundebar Iudæos, & quod loquebatur Gætibus, & disputabat cum Grecis.

RESPON. Dicendum, quod in disputatione fidei duo sunt consideranda. Vnū quidem ex parte disputantis: aliud autem ex parte audientium. Ex parte quidem disputantis est consideranda intentio. Si enim disputet, tãquam de fide dubitans, & veritatem fidei pro certo nõ supponens, sed argumētis experiri intendens, proculdubio peccat tamquam dubius in fide, & infidelis. Si autem disputet aliquis de fide ad cõsultandum errores, vel et ad exercitium, laudabile est. Ex parte uero audientium considerandum est, utrum illi, qui disputationem audiunt, sint instructi & firmi in fide, aut simplices, & in fide titubantes. Et quidē coram sapientibus in fide firmis nullum periculum est disputare de fide: sed circa simplices est diligendum: quia aut sunt solliciti, siue pullati ab infidelibus puta, Iudæis, uel hæreticis, siue Paganis nitentibus, corrumpere in eis fidem: aut omnino non sunt solliciti super hoc, sicut in terris, in quibus non sunt infideles. In primo casu necessariū est publice disputare de fide, dummodo inueniantur aliqui ad hoc sufficientes & idonei, qui errores confutare possint. Per hoc enim simpli-

huiusmodi interpretatione legum prædictarum solutio primi dabit. Nam huiusmodi laici disputant rariè tantū, & gratia exercitij, vel potius honoris, a nullo prelo rephenduntur, seruata modeste & arguendi modo in materia fidei.

ces in fide confirmantur, & tollitur infidelibus decipiendi facultas: & ipsa taciturnitas eorum resistere debet peccentibus fidei ueritatem, esset erroris confirmatio. Vnde Greg. 3. in 2. Pastoraliū. Sicut incauta locutio in errorem prorahit, ita indiscretum silētium eos, qui erudiri poterant, in errore declinquit. In secundo uero casu periculosum est publice disputare de fide coram simplicibus, quorū fides ex hoc est firmior, quia nihil diuersum audierit ab eo, quod credunt. Et idcō nõ expedit eis, ut uerba infidelium audiant disputantium contra fidem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Apostolus non prohibet totaliter disputationem, sed inordinatam, quæ magis sit contentione uerborum, quam firmitate sententiarum.

AD SECUNDUM dicendum, quod lex illa prohibet publicam disputationem de fide, quæ procedit ex dubitatione fidei: non autem illam, quæ est ad fidei confirmationem.

AD TERTIUM dicendum, quod non debet disputari de his, quæ sunt fidei, quasi de eis dubitatio, sed propter ueritatem manifestandam, & errores cõfutandos. Oportet enim ad fidei confirmationem aliquando cum infidelibus disputare, quandoque quidem defendendo fidem, secundum illud I. Pet. 3. Parati semper ad satisfactionem omni potenti uos rationem de ea, quæ est in nobis ipse, & fidei: quædoque autem ad conuincendos errantes, secundum illud Tit. 1. Ut sit potens exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere.

I. Pet. 3. Parati semper ad satisfactionem omni potenti uos rationem de ea, quæ est in nobis ipse, & fidei: quædoque autem ad conuincendos errantes, secundum illud Tit. 1. Ut sit potens exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere.

ARTICVLVS VIII.

Utrum infideles compellendi sint ad fidem.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod infideles nullo modo compelli sint ad fidem. Dicitur enim Matth. 14. 9. seruū patris familias, in cuius

roribus ad fidem, tum quia in Concilio Tolosano, quadragesima quinta distinctio, cap. de iudicis, committitur principem; uocans eum religiosissimum ad Christianitatem. Approbat ergo eum in hoc, tum quia dato quod hæretic conuincatur, illum est infidelibus posse libere legem suam illis, quam nõ posse eam impune seruare ac per hoc cogere